Podhorodecki Reformat consorti suae 1633

cha Nobilis Iwan Ilnicki Rybczyc cum Nobili Cathima Jaworska Consorte ipsius procreatae filiae sui vero Recognoscentis consorti legitimae eiusque Posteris Summam Centum florenorum polonorum ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem Summam Centum florenorum polonorum ratione certi, veri, iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non Aurei Argenti Clenodiorum Unionum Margarethanum Vestium Vestimentorum tum Stanni Cupri aeris Orichalci Equorum Equireae Pecorum Pecudum ac totius Suppellectilis Domesticae nunc habitae et in post habendae in quacunque forma et materia exempli dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et Reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et Reformat praesentibus per ipsam Nobilem Marinam Ilnicka sui Recognitis consortem legitimam eiusque posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Competentiaque et Prerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Uti fruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter Convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno observari solitarum praesenti sua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Cichowskie Coniuges Miastkowskie Quietant

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitanei Praemisliensi Comparentes personaliter Generosi Sigismundus Cichowski et Teressia Coniuges Sanimentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitanei Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet secum Successoribus ac bonis

suis